227

171

E

9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9

11 K. I. 43a
227 E 9
NK. 1779

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9

Rhabani maüri libellus de institutione Clericorum,
de sacris ordinibus et sacramentis ecclesiæ, officio missæ

sine loco et anno, sed Daventriæ
circa 1516.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9

Rabani Mauri viri di gnissimi libellus de institutione clericorum. de sacris ordinibus ꝛ sacramentis ecclesię. officio missę clericis et sacerdotibus valde utilis et necessarius.

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9

¶ Incipit liber Rabani Mauri de institutione clericorum

¶ De vna ecclesia catholica ¶ Ca. primum

Ecclesia ergo dicitur catholica, quae per totum orbem dilatata diffunditur. Christi nominis nobilitate glorificatur. Omnis enim homo qui recte innititur fidei, existit particeps et sacro baptismate regeneratur, a Christo christianus vocatur et dei patris atque ecclesiae matris noscitur esse filius εκκλησια, Ecclesia graecum est, quae in latinum vertitur conuocatio siue conuentus, eo quod omnes ad se conuocat καθολικος: Catholica autem dicitur id est vniuersalis quia in toto mundo vna est ecclesia Christi, quae et sponsa et corpus eius est

¶ De tribus ordinibus ecclesiae ¶ Ca. ij

Sunt tres ordines in ecclesia Conuersantium. i. laicorum monachorum et clericorum: Quorum primus. i. laicus ordo popularis interpretatur λαος. Laos enim graece, populus latine dicitur. Secundus est Monachalis. i. singulariter conuersans, hoc est a seculari conuersatione motus, μονος Monos enim graece singularitas dicitur et μοναχος, Monachus singularis vel solitarius dicitur. Tertius est ordo clericalis. κληρος Cleros quippe graece latine sors vel hereditas dicitur. propterea dicti sunt clerici, quia de sorte sunt domini, vel quia ad dominum partem habent. Unde oportet vt qui domini hereditatem possident, absque vllo impedimento seculi deo seruire studeant, doceantque populum dei, omnia praecepta eius et offerant deo dona et sacrificia, pro sua populi ignorantia, et iudicent inter iustum et iniustum, inter sanctum et prophanum inter pollutum et mundum

¶ De tonsura clericorum. ¶ Ca. iij

Tonsurae ecclesiasticis vsus ab apostolis introductus est, et hi qui in diuinis cultibus mancipati domino consecrantur quasi nazarei. i. sancti dei crine praeciso innouentur. Est autem in clericis tonsura signum quod in corpore figuratur, sed in animo agitur, scilicet vt hoc signo in religione vicia resecentur et crinibus carnis nostrae quasi crinibus exuamur, atque in innouatis sensibus vt comis rudibus enitescamus, Ferunt quidam doctorum hunc ritum Petrum apostolum primum sumpsisse, vt formam et similitudinem Christi in capite testaretur dum pro redemptione nostra Crucis patibulum subiret, ac a nefanda Iu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9

dęoꝝ gente acutis spinarum aculeis crudeliter coronaret. Deiñ vt sacerdotes veteris testamenti, tõsura et habitu discernerẽtur

¶ De gradibus ecclesiasticis ¶ Ca. iiij

SUnt autẽ gradus ecelesiastici nouem Quoruꝫ nomina sunt Hostiari⁹, Psalmista siue lector, Exorcista, Acolyth⁹, Subdiaconus, Diaconus, Presbyter atqꝫ Episcopus. Initium quidem sacerdotum Aaron fuit in veteri testamento. Melchisedech prior obtulit sacrificium et primo ante hunc Abraam, Isaac et Jacob. Legitur et Noe ędificasse altare, et super illud dño holocaustum obtulisse Sed isti spõtanea volũtate, nõ sacerdotali authoritate ista fecerũt In nouo aũt testamẽto post Christũ sacerdotalis ordo a Petro cœpit, ipi eñ primum datus est põtificatus in ecclesia Christi, Hic igit̃ ligandi atqꝫ soluẽdi causam potestatẽ primus accepit, ꝓmusqꝫ ad fidẽ populũ ꝟtute suę predicationis adduxit. Porro quia Episcopus non ab vno sed a cunctis conprouincialibus Episcopus ordinat̃, id ꝓpter hęreses noscitur institutũ, ne aliq̃d contra fidem ecclesię, tyrãnica authoritas moliret̃. Huic autẽ dum cõsecratur dat̃ baculus, vt ei⁹ iudicio subditã plebẽ regat vel infirmitates infirmorũ sustineat. Datur ⁊ annulus ꝓpter signum põtificalis honoris, vel signaculum secretoꝝ

¶ De ordine tripartito episcopoꝝ ¶ Ca. v.

ORdo enim Episcoporum tripartitus ẽ, id est in Patriarchis Archiepiscopis, q̃ et metropolitani sunt, et in Episcopis πατριαρχοσ. Patriarcha gręca lingua pater principium siue summus patrum interp̃tatur, nõ quod summo honore fungitur, tali nomine censet̃, sicut Romanus, Antiochenus, Alexandrinus, αρχιεπισκοποσ Archiep̃s gręco vocabulo d̃r ꝙ sit summus vl' princeps episcopoꝝ. Tenet eñ vicem apl'icam, ⁊ p̃sidet ep̃is cęteris Metropolitan⁹ autẽ idez vocat̃, eo ꝙ presideat illi ciuitati, quę prę cęteris ciuitatib⁹ in eadẽ prouincia cõstitutus q̃dammõ mater sit μετροπολισ metropolis. n. gręce mat̃ ciuitatis interp̃tatur, Episcopi ãt vocabulũ inde dictũ, q̃d ille q̃ pręficit̃ semper super intendat: επισκοπι Episcopi enim gręce latine speculatores interpretantur, siue

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9

sup intendẽtes. Antistes autẽ idem dictus est, eo quod ante stet, primus eñ est in ordine ecclesię, et supra se nullũ habet sacerdotem. Pontifex princeps sacerdotum est, quasi via seqntium, ipse ẽ summus sacerdos, ipse pontifex summus vocat. Sacerdos qdem nomẽ compositũ est ex greco et latino quasi sacrum dans. Dispensat ergo mysteria celestia fidelibus, baptismũ tradit, corpus ⁊ sanguinẽ Christi distribuit, ⁊ verbum dei ꝑdicat, chorepi qui vicarij sunt epoꝝ ad exẽplum seniorꝝ septuaginta cõstituti sunt, nec aliqd eis licet in ecclesia ordinare aut cõstituere, nisi quantum eis cõceditur a legittimis eorum episcopis. Dicti sunt autẽ chorepiscopi, qꝛ de choro sunt sacerdotum

¶ De presbyteris ¶ Ca. vi.

PResbyterorꝝ ordo, exordiũ sumpsit a filijs Aarõ Qui eñ sacerdotes in veteri testamẽto vocabãtur hi sunt q nunc appellant ꝑsbyteri, πρεσβυτερος Presbyter eñ grece, latine senior interꝑtat, nõ ꝓ ętate ãt vl' decrepita senectute, sed propter honorẽ et dignitatẽ ⁊ doctrinã sapiẽtię quã q acceperũt ꝑsbyteri noiant Ideo ãt ꝑsbyteri sacerdotes vocant qꝛ sacrꝝ dant sicut Episcopi id ẽ in cõfessione diuini corporis et sanguinis, et in baptismatis ministratione, ⁊ in officio predicandi, sed licet sint sacerdotes tñ pontificatus apicẽ non habent, qꝛ nec chrismate fontẽ signant nec spiritum paracletum dant.

¶ De diaconis ¶ Ca. vij:

LEuitę ex noie authoris vocati. De noie Leui leuitę sunt: a qb⁹ in tẽplo dei mystici sacramenti mysteria explebant. Hi grece ΔιακονεΣ Diacones latine ministri dicunt, qꝛ sicut in sacerdote cõsecrato, ita in diacono mĩsterij dispensatio habet. Hi in veteri testamẽto excubabãt in tabernaculo testimonij ad ꝑcepta Aarõ, ⁊ ad cũcta opa tabernaculi. In nouo aũt testamẽto Apli septem diacones propter sacramenta eiusdem numeri ordinauerũt, ad mĩsteriuꝝ sacruꝝ ⁊ ad officium altaris. Baptizare mõ eis corã episcopis siue ꝑsbyteris licitũ est, cęterꝝ autẽ nõ licet. Quicꝝ ꝓpterea albis induti assistũt, vt hic admoniti cęlestẽ vitã habeãt, cãdidiqꝝ ad hostias ⁊ immaculati accedãt

¶ De subdiaconibus. ¶ Ca. viij

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9

Hypodiacones. ΥΠΟΔΙΑΚΟΝΕΣ grece. q̃s nos Subdiacones dicim⁹. Qui ideo sic appellant̃, q̃ subiacent p̃ceptis et officijs leuitaꝝ, oblatiões in templo dei a fidelibus ip̃i suscipiũt, et leuitis supponendis altaribus deferunt. Hi apud Hebreos Nathinnei .i. in humilitate seruiẽtes. De q̃bus q̃dem placuit patribus vt q̃ sacra mysteria ꝯtrectãt, casti ⁊ cõtinentes ab vxorib⁹ sint, et om̃i carnali immundicia liberi. Hi ergo cũ ordinant̃, nõ suscipiũt man⁹ impositionẽ sicut sacerdos et leuitę sed paternã tm̃ ac calicẽ de manu episcopi, et ab archidiacono ciphũ aquę cum aqua, manile et manutergium

¶ De Acolythis Ca. ix

AColythi, ακολυθί grece Ceroferarij dicunt̃ a deportandis Cereis, qñ legendũ est Euãgeliuz, ac sacrificiũ offerenduz, tũc em̃ accendunt̃ luminarea ab eis, et deportant̃, nõ ad effugãduz tñbras dũ sol eo tp̃e rutilet. sed ad signũ lęticię demõstrandũ, quourm typum preferebãt illi, q̃ in tabernaculo lucernas q̃tidie accendebãt sup̃ candelabrum positas

¶ De exorcistis ¶ Ca. X.

EXorcistę. εξορκιστη, in greco, in latinũ adiurãtes siue increpãtes vocant̃. Inuocãt em̃ sup̃ catecuminos et sup̃ eos q̃ sp̃m hñt immundũ, nomẽ dñi Jesu, adiurãtes p̃ euz, vt egrediat̃ ab eis Refert Josephus Salomonẽ excogitasse, suãq; gentem docuisse modos exorcismi. i. adiurationis, q̃bus immũdi sp̃us expulsi ab hoĩe vlterius reuerti nõ sunt ausi. Quos Hesdras actores memorat tẽpli, eos nunc esse exorcistas in ecclesia dei. Hi em̃ ordinant̃ cuz accipiũt de manu ep̃i libellũ, in q̃ scp̃ti sunt exorcismi, dicẽte eis episcopo. Accipite ⁊ cõmendate memorię, et habete ptãtem imponẽdi manus sup̃ energumenos siue catecuminos, vt imperetis immundis spiritibus et abijciatis.

¶ De lectoribus et psalmistis ¶ Ca. Xi

LEctores a legendo, psalmistę a psalmis canẽdis vocant̃, illi em̃ prędicãt populis ꝯuenienter, isti canũt vt exercitẽt ad cõpunctionẽ aĩos audiẽtiuz. Lectorũ ergo ordo formã ⁊ initiũ a prophetis sumpsit, isti q̃ppe dũ ordinant̃. primũ de eoꝝ cõuersatione ep̃us v̄buz facit ad ppl'm, deinde corã plebe tradit eis q̃tidie codiẽs apicũ diuinoꝝ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9

ad dei verbuz annunciãduz Psalmistaꝝ.i.cantoꝝ p̃nceps siue author fuit Dauid ⁊ Asaph, isti em̃ post Moysen psalmos p̃mi cõposuere ⁊ cãtauere, psalmistã autẽ ⁊ voce ⁊ arte pręclaꝝ illustrẽq; eẽ oportet, ita vt oblectamento dulcedinis animos incitet auditoꝝ

¶ De hostiarijs ¶ Ca. Xij.

HOstiarij sunt q̃ et Aeditui et ianitores in lege dicebantur. Hi apud Hębreos in veteri testamento electi sunt ad custodiam templi. Dicti autẽ hostiarij quod pręsint hostijs templi. Ipsi eniz tenentes clauem, oĩa int⁹ ex vtraq; parte custodiunt, atq; inter bonos et malos hñtes iudiciũ, fideles recipiunt infideles respuunt

¶ Quos oportz ad sacꝝ ordinẽ accedẽ, et q̃ tp̃e, ¶ Ca. Xiij.

CAnones ⁊ decreta Zosymi papę decernũt vt cleric⁹ q̃ ad sacꝝ ordinẽ accedit, inter lectores siue exorcistas, q̃nq; ãnos exoluat exinde Acolythus vel subdiaconus, quatuor ãnis, ad benedictionem quoq; diaconus non minoris ętatis quã viginti quinq; ãnoꝝ accedat in quo ordine, q̃nq; annis expletis, ad presbyteratus honorẽ ꝓmoueri poterit, non tñ ante tricesimum annum,

¶ De superhumerali ¶ Ca. Xiiij

PRimũ ergo eoꝝ indumentũ est. Ephot bat. q̃d interp̃tat̃ sup̃humerale lineũ, quod signat mundiciã bonoꝝ op̃m, qꝛ q̃squis ad sacerdotium, magisteriũq; populi dei ꝓmouend⁹ est, p̃mum debẽt op̃a agnosci, vt hoc foris q̃d oĩbus patet irrep̃hensibile appareat cõuenienter ex tp̃e et integritas cordis eius, et fidei sinceritas scrutetur

¶ De tunica linea ¶ Ca. Xv.

SEcũdum ẽ linea tunica q̃ gręce ΠΟΔΗΡΗΣ, poderis, latine talaris d̃r, eo ꝙ talos vsq; descẽdat. Cũ em̃ cõstet lino vl' bisso continentiã vel castitatẽ signari, strictã hñt lineã sacerdotes, cũ ꝓpositum cõtinentię studiose conseruant, hęc et talos vsq; descendet, qꝛ vsq; ad finem vitę huius bonis operibus sacerdos insistere debet

¶ De cingulo ¶ Ca. Xvi.

TErtiũ vestimẽtuz ẽ cingulũ siue baltheũ, q̃ vtunt̃ ne tunica ipsa defluat, ⁊ gressuz impediat, hoc munire custodiaz mẽtis sig-

nat Qui em̄ tunica talari indut⁹, absq; cingulo incedit, defluit tunica ac relicto corpore, ventis et frigorib⁹ intrādi spaciuz tribuit, q̄n et p̄pe-ditis gressibus incedēdi vsuz retardat, vel etiam calcātibus se cā efficit̄ ruinę. Ergo lineas induunt sacerdotes, vt castitatē habeāt, accingunt̄ baltheis, ne ip̄a castitas sit remissa ⁊ negligēs, ne vēto elatiōis animuz ꝑflandi aditū pādat ne crescēte iniq̄tate, refrigescē faciat caritatē ip̄oꝝ

¶ De phanone ¶ Ca. Xvij.

QUartū vero Mappula siue mātile sacerdotis indumentuz ē q̄d vulgo phanonē vocāt, signās strenuitatē, ob hoc eoꝝ tunc manib⁹ tenent̄, q̄n missę officiū agit̄, vt paratos ad ministeriuz mensę dn̄i populos cōstituat. Oportet ergo sacerdotes ⁊ ministros altaris mappulas manibus tenere, q̄n officiū est diuina sacramēta ꝯficere vt cum deuotiōi mentis op⁹ spontaneum cōcordat, digne exerceat̄ officium, q̄d ipse diuino munere est collatum

¶ De Orario ¶ Ca. Xvi

QUintū quoq; est q̄d orariuz d̄r, licet hoc quidam stolā vocent Hoc ergo genus vestis solūmodo eiusmōi ꝑsonis vti cōcessuz est, q̄bus p̄dicandi officiū est delegatū, Apte ergo oratorib⁹ Christi orariū cōuenit, et circa collū suū siml' et pect⁹ tegit sacerdotis, vt inde istruatur q̄r q̄cquid ore ꝓfert tractu summę rōnis attēdat, vt illud apl'i impleatur psallā spiritu psallā et mente, orabo spū orabo et mente

¶ De Dalmatica ¶ Ca. XiX

SExtū namq; ē q̄d Dalmatica d̄r Hęc vestis in modum crucis est facta, et passiōis dn̄i indiciū est, hz quoq; et purpureos tramites ip̄a tunica a summo vsq; ad ima, an̄ et retro descendentes, nec nō et ꝑ vtrāq; manicā vt admoneat̄ mister dn̄i per habit⁹ sui speciem cuius mūeris ꝑticeps ē, vt cum ꝑ mysticā oblationem, passiōis dn̄icę cōmemorationē agit ip̄e in eo fiat hostia deo acceptabilis.

¶ De casula ¶ Ca. XX.

SEptimuz sacerdotale indumentum quod casula vocatur Dicta est aūt per diminutionem a casa q̄d totum hoīem tegat q̄si minor casa, hanc gręci πλανητaν planetā nomināt. Hęc supre-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9

mum oīm indumentoꝝ ē, et cętera oīa interius per suum munimē tegit et seruat. Hāc ergo vestē possum⁹ intelligere charitatez quę cūctis virtutib⁹ supeminet, et eoꝝ decorē suo tutamine ptegit ꝛ illustrat. Nec em̄ vllius iā erit splēdor ꝑfectum, si non eas charitatis irradiauerit fulgor, ꝙd oñdit apostolus dicēs. Si linguis hoīm loquar et angelorum ꝛc. De hoc itaqz spūali vestimētum virtutum Colosensibus ita scꝑsit Induite inquit vos sicut electi dei sancti et dilecti, viscera misericordię benignitatem, modestiam, patiētiam: Super omnia hęc charitatem habentes, quod est vinculum perfectionis

¶ De sandalijs, ¶ Ca. XXi.

INduunt ꝙqz sacerdotes sandalijs siue soleis pedes, ꝙd genus calciamēti euāgelica authoritate eis est cōcessum qz hoc calciamentum mystică significationē hz, vt pes neqz tectus sit neqz nudus ad terram: id est vt nec occultet euangeliū, nec terrenis comodis innitatur. Sicut ergo sandalia partē pedis tegunt, partē inopertaz relinquūt ita et euāgelici doctores, partim euangeliuz operire ptim aperire debent, ita videlicet, vt fidelis ꝛ deuotus sufficientē habeat doctrinaz, ꝛ infidelis et cōtemptor nō inueniat blasphemādi materiā

¶ De pallio ¶ Ca. XXij.

SUper hęc autē omnia summo pontifici (qui archiepiscopus vocatur) ꝓpter apostolicaz vicem pallij honor decernit, quod genus indumenti Crucis signaculo purpureo colore exprimit, vt ipso indutus pōtifex a tergo et pectore crucē habeat, suaqz mente pie et digne de passione redemptoris cogitet, ac populo pro quo deum deprecatur, redemptiōis suę signaculum demōstret. Cōdecet quoqz bene vt ipa apostolica dignitas apostolicum virum faciat, vt plena deuotione sano sermone et digna operatione possit dicere cum apl'o. Mihi autez absit gloriari, nisi in Cruce dñi nostri Jesu Christi

¶ De sacramentis ecclesię ¶ Ca. XXiij

SUnt autē sacramenta ecclesię. Baptismū ꝛ Chrisma, corpus et sanguis, quę ob id sacramenta dicunt, qz ex tegimēto corporalium rez virtus diuina secretius salutē eozundē sacramentoꝝ opa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9

tur vnde et a secretis virtutibus vel sacris, sacramenta dicunt que ideo fructuose penes ecclesiam fiunt, quia sanctus in ea manens spirit⁹, eorundem sacramentoꝝ latenter opatur effectū, vnde seu per bonos siue per malos ministros intra ecclesiā dei dispensent, nec bonoruz meritis dispēsatoꝝ amplificant hęc dona, nec maloꝝ attenuātur

¶ De Baptismi sacramento ¶ Ca. XXiiij.

PRimū autē sacramētoꝝ est Baptism⁹, ⁊ anteq̄z sacro chrisma te vngatur aliq̄s: ac corporis et sanguinis Christi ꝑticeps existat sacra regeneratiōe purgari debet, ac deinde ad cętera rite accedere βαπτισμα. Baptisma gręce latine tinctio interp̄tatur, q̄ non tm̄ ob hoc ꝙ hō in aquā mergit tinctio d̄r. sed qꝛ spūs gratię ibi in melius incitat. et longe aliud q̄z erat efficit. cuius misteriuz non aliter nisi sub trinitatis designatiōe. i. patris et filij ⁊ spiritussancti cognitiōe cōplet dicente dn̄o ad apl'os. Ite docete oēs gētes, baptizātes eos, in noīe patris ⁊ filij ⁊ spiritussancti Sicut em̄ in trib⁹ testibus stat oē verbū, ita sacramentū ɔfirmat ternarius nūerus noīm diuinoꝝ, Prius em̄ debz baptizādus fide incarnatiōis Christi instrui, ⁊ sic ad baptismuz iā credul⁹ admitti, vt sciat cui⁹ gr̄ę in eo ē ꝑticeps tūc iā debitor fiat deiceps

¶ De cathecuminis: ¶ Ca. XXv.

CAthecumin⁹ aut dicit pro eo qd̄ adhuc doctrinā fidei audit, nec dum tn̄ baptismū recepit Nā ΚΑΘΕΚΟΥΜΙΝΟΣ cathecumin⁹ gręce, latine auditor interpretat. Cathecumin⁹ id est audiens nominatur. S. vt veꝝ agnoscens dominuz, relinquat varios errores idoloꝝ Post cathecuminos autē sequens grad⁹ est competentium. Competentes autē sunt, qui iā post doctrinā fidei, post continentiam vitę ad grām Christi ꝑcipiendā festināt. Ideoq̄z appellant cōpetētes .i. gr̄am Christi petētes. Nā Cathecumini tm̄ audiūt, nec dū petunt Sunt em̄ quasi hospites ⁊ vicini fideliū, de foris audiūt mysteria, audiunt grām. sed ad huc nō appellant fideles. Cōpetentes autē iam petunt, iā accipiunt, iam cathezizant id est imbuunt instructione fidei et sacramentoꝝ. istis em̄ traditur salutare symbolū, quasi cōmonitorū fidei ⁊ sanctę confessionis indicium, quo instructi agnoscāt quales iam

ad gratiam Christi se exhibere debeant

¶ De cathezizandi ordine ¶ Ca. xxvi

Cathezizandi em̄ ordo ē hic, primū interrogat̄ pagan⁹ si abrenunciat diabolo: et oībus damnosis eius operibus atq; fallacibus pōpis, deinde apostolicę fidei oñditur ei symboluz, et exquiritur ab eo si credat in deū p̄em oīpotentē, et in Jesum Christū filium eius vnicum dn̄m nr̄m, et in spiritū scm̄ vnicū dn̄m in trinitate ⁊ vnitate si confiteat vnā esse sanctā ecclesiā catholicā, et si credat remissionē peccatoz et carnis resurrectionē. Et posteaq̄z se p cōfessionē alterius fidei in alterius ꝓmendauerit dn̄ū et per abrenunciationē a priozis possessoris se alienauerit seruicio, exsufflat̄ ab eo sęua ptās, vt p piū sacerdotis ministerium: spiritui sancto cedat, fugiet spūs malignus, signat̄q; ipse homo signaculo sanctę Crucis, tā in fronte q̄z in cozde, vt ipse diabolus in vase suo pristino, suę interemptionis cognoscēs signum, sciat id sibi esse alienum, et exinde iam dicunt̄ super eum oz̄ones vt fiat cachecuminus. Tunc datur ei sal benedictum, vt per sal typicum, sapiētię sale cōditus fetoze careat iniq̄tatis, ⁊ ne a vermibus peccatoz vltra putrefiat, sed magis illesus seruetur, ad maiorē gratiam percipiendaz Dehinc itez exorcizatur diabol⁹, vt suam nequitiā agnoscens, ⁊ iust̄ū sup se iudicium dei timens discedat. Postea tāguntur ei nares et aures cum saliua, ⁊ dicit̄ ei. Effeta quod ē adaperire, hoc enim sacramentum hic agit̄, vt per saliuā typicā sacerdotis et tactū sapiētia et virtus diuina salutem eiusdē cathecumini opetur, vt apperiātur ei nares ad pcipiendum odorē noticię dei vt appriantur illi et aures, ad audiendū mādata dei, sensuq; intimo cordis reponendum. Deiñ sacerdotali bn̄dictione munit̄, vt ad sacz baptismū cum fide accepta custodiatur. vnguet̄ illi⁹ tunc pectus de oleo sanctificato cum inuocatōe sanctę trinitatis vt nullę reliquię latētis inimici in eo resideāt, sed in fide sanctę trinitatis mēs eius confortet̄, vnguetur et inter scapulas de eodem oleo, vt vndiq; muniatur: et ad bona opera facienda, per dei gratiam roboretur.

¶ De tinctione baptismi et vnctione, ¶ Ca. xxvij

POst hęc ergo consecret fons, vt ad ipsum baptismū catheumi
nis accedat, et sic in nomine sanctę trinitatis trina submersione
baptizetur Et recte homo qui ad imaginē sanctę trinitatis conditus
est, et per inuocationē sanctę trinitatis ad eandem reuocatur imaginē
et qui tertio gradu peccati id est consensu cecidit in mortem, tertio ele
uatus de fronte per gratiam resurgat ad vitam. Potest ꝛ hęc trina im
mersio triduanā sepulturam significare. Oportet igitur cum inuoca
tione sanctę trinitatis, sub trina mersione baptismum confici, vt et se
cundum vnitatem substantię, vnum baptisma fiat. Postq̄ autē bap
tizatus ascēderit de fronte, statim signatur in cerebro a presbytero cum
sacro chrismate sequente simul et oratione, vt regni Christi particeps fi
at. et a Christo christianus possit vocari.

¶ De indumento baptizati et Chrismate ¶ Ca. XXviij

POst baptismum ergo traditur christiano vestis cādida, quod
significat innocentiam et puritatem christianam quam post
ablutas veteres maculas studio sanctę conuersationis immaculatam
seruare debet, ad presentandam ante tribunal Christi. Cuncti vero re
nati albis induuntur vestibus, ad mysterium rsurgentis ecclesię futu
rum vtuntur albis vestibus, quor primę natiuitatis infantiaz vetu
sti erroris pānus fuscauerat habitus secundę regenerationis glorię p
ferat indumentum, Tegitur enim post sacram vnctionem caput eius
mystico velamine, vt intelligat se diadematis regni et sacerdotalis di
gnitatis portitorē: Deiñ corpore et sanguine dominico om̄e prędēs
sacramentum in eo confirmatur, quia hoc ideo accipere debet, vt de
um habere in se mereatur habitatorem, ꝛ illius sit capitis membrum q̄
passus est et resurrexit pro nobis.

¶ De impositione manus episcopi XXix

NOuissime autez a summo sacerdote per impositionem man9
paracletus traditur illi spiritus, vt roboretur per spiritum san
ctum ad prędicandum alijs idem donum quod ipse in baptismate cō
secutus est et per gratiam vitę donatus ē ęternę. Signat enim bapti

zatus cū chrismate ꝑ sacerdotē in capitis summitate, per pōtificem ꝟo in frōte, vt in ꝑore vnctiōe ꝟcetur spūssancti sup ipm descensio ad habitationē deo cōsecrādam, In secunda quoqꝫ et eiusdem spiritussancti septiformis gratię cuꝫ oī plenitudine sanctitatis ⁊ sciētię et ꝟtutis venire in hoīem declaret Χρισμα. Chrisma gręce. latine vnctio siue vnguentuꝫ noīatur. Ex cuius noīe et Christus dr, et ex ipo homo per lauachrū sanctificat. Nam sicut in baptismate pctōꝝ remissio dat ad veniā, ita per vnctionē sanctificatio scti spūs adhibet ad gloriam

¶ De sacramēto corporis et sanguinis domini ¶ Ca XXX

SEd quia de duob⁹ sacramentis, id ē baptismo et chrismate supra disseruimus, nunc de reliq̄s duobus. i. corpore ⁊ sanguine dñi, etiā nunc quātuꝫ dñs annuerit pādamus. Maluit em̄ domin⁹ corporis et sanguinis sui sacramenta fideliū ore ꝑcipi. et in pastū eorū redigi, vt ꝑ visibile opus, inuisibilis ostenderet effectus. Sicut em̄ cibus materialis forinsecus nutrit corpus ⁊ vegetat, ita etiaꝫ ꝟbum dei intus aīam nutrit et roborat, qꝛ non in solo pane viuit hō, sed in omni verbo quod ꝓcedit de ore dei. Ait ergo ipsa veritas. Caro em̄ mea vere est cib⁹, et sanguis me⁹ vere ē potus, vere scilicet caro Christi est cibus, qꝛ vere pascit, et ad ęternā vitā hoīem nutrit Et sanguis ei⁹ vere ē potus, qꝛ esurientē et sitientē aīam iusti. in ęternū veracit satiat Tēporalē quippe vitā, sine isto cibo ⁊ potu habere pñt hoīes. ęternuꝫ oīno non pñt, qꝛ iste cib⁹ et potus ęternā sacietatē capitis mēbroꝝqꝫ suorum signat, Quapropter nccē habemus sumē corpus et sanguinem eius, vt in ipo maneam⁹, et eius corpis membra sim⁹. Sacramētum aūt qd ore ꝑcipit in alimentū corpis redigit ꝟtute autē eius sacramēti ęterna vita adipiscit Sꝫ tñ ipius sacramēti tāta ē dignitas, ⁊ tanta potētia, vt q̄cunqꝫ illud īdigne ꝑceperit, magis sibi dānationē q̄ꝫ salutē acq̄rat. Probet āt seipm hō, et sic de pane illo edat, ⁊ de calice bibat, q̄cunqꝫ em̄ māducauerit ⁊ biberit indigne, re⁹ erit corpis ⁊ sanguinis dñi, et sibi iudiciū māducat et bibit, nō dijudicās corp⁹ dñi quicunqꝫ ergo ad mēsaꝫ dñi vbi agni īmaculati ⁊ incōtaminati caro mactat, et vbi venerāda mysteria passiōis ⁊ resurrectōis ei⁹ a fidelib⁹ celebrātur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9

plen⁹ dolo atq; malicia accedit, et aut odij, aut ĩuidię, aut auaricię, aut luxurię facib⁹ accẽsus, corp⁹ dñi accipe nõ metuit, verẽdum ẽ, ne vbi vitã accipe debuit iudiciũ dãnatõis inueniat, ⁊ magis incitet ad pœnã quã retrahat ad veniã. Septim ẽ eĩm de Juda ꝓditore, q̃ malign⁹ ad mẽsaz dñi accessit, et sacri cõuiuij ꝓticeps ẽ non timuit, q⁹ post buccel lã statiz introisset in illum sathanas, Qui ergo insidijs mẽte cõditis q̃ ꝓcordijs aliq̃ scelere pollutis, mysterioz Christi oblatõibus sacris dei ꝓticipare non metuit, ille in exẽplum Judę filiũ hoĩs tradit, ille dñm vẽdit q̃ eius timore atq; amore neglecto, terrena pro illo ⁊ caduca, ĩmo etiã crimiosa diligẽt et curare cõuincit Jn sacramẽto ꝙ vinuz et aqua mixtũ offerri debet, h̃ ⁊ lauacz p̃stat ⁊ potũ. Neutz ergo coz sine altero in sacrificio debet offerri, nec vinuz sine aq̃, nec aq̃ sine vino, q⁹ et nos in Christo, ⁊ Christũ in nobis manere oportet Jn aqua videm⁹ ppl'm intelligi, in vino ꝙ oñdi sanguinẽ Chri. Qd autẽ in calice aqua vino misceat: Christo ppl'us adunat, et credentiũ plebs ei in quẽ credit copulat et iungit. Quę copulatio aquę ⁊ vini sic misceat in calice dñi vt cõ mixtio illa ab inuicẽ separi nõ possit, sicut nec ecclesiã a Christo oportet diuidi

De officio missę

Ca. xxxi

De officio missę sacramẽta corpis ⁊ sanguinis Christi cõficiun tur pl'ima licz sint genera, tñ ipm p̃cipue, qd in sacris diuinisq; reb⁹ habet, officij noie censebit esse nuncupãdum. Quia quãto maio ris dignitatis ẽ ipsa res. tãto paratiorẽ, et ꝓmptiorez ipsius ministerij q̃rit effectũ. Sacrificiũ quasi sacz factum, q⁹ p̃ce mystica consecrat in memoriã ꝓ nobis dñice passionis, vñ hoc eo iubẽte corpus Christi et sanguinẽ dicim⁹, qd dum sic ex fructib⁹ terre sctificat, et fit sacramentum, opante inuisibiliter spũ dei. Cui⁹ panis ⁊ calicis sacramentũ grẽci εὐχαριστιαν. Eucharistian dicũt, quod latine bona gratia interpretat. Missa autẽ legatio ẽ inter deũ et hoĩes, cui⁹ legationis officio fungit sacerdos. cũ populi vota ꝓ preces et supplicatiões ad deum offert Et bene hoc tpe fit sacrificium, q̃ ipsius passionis memoria celebrat, qui semetip̃m obtulit patri pro nobis.

De ordine missę

Ca. xxxij

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9

PRimū em̄ in celebratiõe missę ad introitū sacerdotis ad altare antiphona cantat a clero vt audiat sonit⁹ qñ ingrediat sanctu arū in cõspectu dñi, p tintinabuloz sonitū ingressus inotuit põtificẽ bñ igit in gressus sacerdotis, ꝛcrepantibus chozis audit modulamine diuine laudis vt dñice celebratiõis mysteria, ministroz pie p̄cedat cõ sonãtia, corpis ꝛ sanguinis Christi venerabile sacramentũ añcedat di gnę laudis sacrificiũ. Hãc χορος. Chozus ẽ multitudo in sacris collecta, et dict⁹ choz⁹ q in ītio in modũ corone circũ aras starẽt et ita psallerẽt. Alij chozi dixerũt a cõcordia, q̃ in charitate cõsistit, siue de cõ tinẽtia soni Cuz aũt multichoz⁹ vocat ANTIφωNA, antiphona gre ce voz reciproca, ex duob⁹ scz chozis alternati psallẽtib⁹ dicit. Post in troitũ aut̃ sacerdotẽ ad altare leraniq aganť a clero vt gñalis oõ speci alez p̄ueniat sacerdotis, subsequtur ãt oõ sacerdotis, ꝛ pacifica p̄muz sa lutatiõe pplm salutãs, pacis rñsum ab illo accipiat, vt va concordia ꝛ charitatis pura deuotio facili⁹ postulata impleret ab eo q̃ corda inspi cit, et ītena dijudicat. Tũc lector legit lcõnem canonicã, vt anim⁹ au ditoz cõstructus ad cętera intẽtioni assurgat Post hac igit cantor dt rñsorium, vt ad cõpunctionẽ p̄uocet, ꝛ leues animos audientium faciat Rñsorius ergo cãtus in dr qz alio desinẽte illud alter rñdeat. Int rñ soria quoq et antiphonas hoc differt, q̃d in rñsorijs vnus dicat ꝟsum in antiphonis aũt alternãt ꝟsus choꝛi. Antiphonas greci, rñsoria ve Itali dicũr inuenisse. Rñsorium em̄ cãtum quidã gradale vocãt, eo q̃d iuxta grad⁹ pulpiti cãtatur. Post rñsorium cãtatur alleluia, scz vt ce lestia mẽtem pplus subleuet, ꝛ ad diuinã contẽplationẽ erigat. Alle luia em̄ duoz ꝟboz interptatio ẽ, hoc ẽ laus dei, et ẽ hebreũ. Ja em̄ de decẽ noibus q̃bus apd̃ hebreos de⁹ vocat vnum ẽ, Sil' et Amẽ he breum ẽ, qz ad oẽm sacerdotis oõnem seu bñdictionẽ rñdet pplus fi deliũ, amen. in latino ve, seu fideliter, seu fiat. Nec tñ duo ꝟba. i. amẽ et alleluia, nec greci nec latinis nec barbaris licet in suã linguã omnino trãfferre, vl' aliã linguã annuciare, Joãnes spũ reuelãte, se vidisse ꝛ au disse vocez celestis exercitus dicẽtium amen, alleluia, dicit. ac p hoc sic opoꝛtet in terris vtraq dici, sicut in celo resonat. Deñ a diacono cum

Quãdo magnus Dns
nũ offrend tũr tota
chorꝫ orat et gr̃am
dp̃rat⁹ pro sacr
dot

summa authoritate in aurib⁹ populi recitat̃ euangeliuz, vt ipsius ibi-
dem audiat̃ doctrina, ad quē feruet intentio sua, ipsiusq; virtus intel-
ligat̃ per euāgelium: cui⁹ tunc corpis sacrosanctū celebrat̃ mysterium
Post hęc oblatiōes offerunt̃ a populo, et offertoriū cantat̃ a clero, qr
ex ipsa causa vocabuluz sumpsit, quasi offerentiū. Immittit̃q; sup al-
tare corporalis pallū, q̃d signat lintheū quo corp⁹ saluatoris inuolutū
est. Qd̃ ex lino puro textū esse debet, et non ex serico vel purpura, neq;
ex pāno tincto, qr in euāgelio legit̃ Sindone munda inuolutū est cor
pus saluatoris: ponunt̃ quoq; nunc vasa sancta, ꝙ ē calix cū patena su
per altare, qr q̃dammō dn̄ici sepulchri typum hn̄t, qr sicut tunc corp⁹
Christi aromatib⁹ in sepulchro nouo, per pioꝝ officiū ꝯdiebat̃, ita mō
in ecclesia mysticū corpus illi⁹, cum vnguētis sacrę orōnis cōdituz in
vasis sacris, ad ꝑcipiendū fidelib⁹, per sacerdotū officiū administratur
Postea cantat̃ missa a sacerdote, q̃ postq̃ loquit̃ ad populuz, de eleua-
tione cordis ad dn̄m, exhortat̃q; eos, ad gratias agēdas dn̄o. laudib⁹
os implet, rogatq; vt ipe om̄ipotens deus pater, cui deseruiunt cęlestes
ptātes sua gr̄a, illoꝝ vocib⁹ iubeat humanas associare cōfessiones quā
deprecationū mox subsequit̃ laus ex āgelicis et hūanis cātib⁹ confecta
Sanctus, sanctus, sanctus, dn̄s deus sabaoth. Pleni sunt cęli ⁊ ter-
ra gloria tua ⁊c̄. Dehinc iā consecratio corpis ⁊ sanguinis dn̄i fit, ⁊ de-
p̄catio valida ad deum, inter q̄ et orō dn̄ica decantat̃ Postq̃ em̄ ad cō
municādum ⁊ ad ꝑcipiendū corpus ꝑuentuz ē, pacis osculuz sibi in-
uicem tradūt, cātantes. Agnus dei qui tollis pctā mundi miserē no-
nobis, vt pacifici sacramentū ꝑficientes, in filioꝝ dei numero remissis
electis om̄ibus mereantur cōputari. Post cōmunionem igit̃ et post
eiusdem nominis canticum, benedictionis a sacerdote ad plebē, diaco-
nus prędicat officium missę esse ꝑactū, dans licentiā abeūdi. Istū er-
go ordinē ab apl'is et apl'icis viris traditū. Romana tenet ecclesia ⁊ ꝑ
totum pene occidentē, omnes ecclesię eandem traditionem seruant

¶ De sacris ordinibus, et sacramentis, et officio
missę dicta sufficiant. .:.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 9